

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Torques, Phaleræ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

Ad Verbum Jam quod alibi per cornua vires significari diximus, antiquum insuper dipterium est, *τρίπτειν* ab Enajmo, *τρίπτειν* οīlm putalem te habuisse cornua, cum quis fortis antea habitus, spem mortis per ignaviam fetelli set. Et Horat. de Baccho: *En addis cornua pauperi.* Quem secutus Ovidius ait: *3. prob. 12.* *Tunc veniunt rīsus, tunc pauper cornua sumit.*

L. 2. carm. Alibi vero super eodem dixerat: *In prælia trudit inermem.* Et Dialetici syllogismi speciem, *Dilemma Ode 16.* dictum, quod hinc & inde feriat, *Cornum appellant,*

Tamquam in expungibile. In didem.

DE SCEPTRO. CAP. XXVIII.

Sceptrum Regium diademati & corona addere res ipsam postulat, de quo tamen toto opere, in variis imaginibus insigne apud hos vel illos haberit solitum, pro loco, & signo, quod occurrebat, multa differuimus: nunc vero super eo quædam generatim differenda sunt,

REGNUM. CAP. XXIX.

A Pertissime quidem sceptrum sive virgam, hieroglyphicum esse regni, illud in Divinis literis ostendit, quod sceptrum de manu Iuda non auferendum pollicetur Dominus, donec venire qui mittendus erat. Regium quippe nomen in Iudeis tamdiu duraturum dum veniret Christus. Nam & Psal. Virgaregnitui habetur, & hujusmodi multa passim. Ponunt vero Theologi differentiam: Ecclisia collector virgam & baculum, quod virga in Divinis literis plerisque locis sit castigationis, correctionis, & Latio Anti-disciplinae signum, ut virga æquitatis, baculus consolationis, auxilii, sustentationis, ut et loco: flosnis virga. Virgatua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Pro sustentaculo, Thob. Baculum feneclutum. Latige & Palla. ni in hujusmodi significatum scipionem protulere. Invenitur & pro defensione, ut de Cleomene & a cum suo Atheniensium duce fertur, qui cum propter omnium in se odium effectus esset irfanus, baculo adversus insultantes muniverit.

DE TORQUIBUS ET PHALERIS. CAP. XXX.

Plin. l. 7. c. 28. Subsecutus hinc sermo est de torquibus, phaleris, armillis, quæ præmia fuisse militaris virtus Plinius, Gellius, & quidam alii tradiderunt, quippe Scinium Dentatum donatum torquibus ter sexages, phaleris vices quinque.

VIRTUS SOLIDA. CAP. XXXI.

Lib. 2. Torquem aureum solidæ virtutis præmium fuisse traditum est à Vegetio, quem qui meruerit, præter laudem duplas consequebatur annonas. Species torquum in marmore incisa Brixius videris cum inscriptione hujusmodi.

L. ANTONIUS L. F. FAB.

QUADRATUS DONATUS TORQUIBUS
ET ARMILLIS AB T. CÆSARE.

BIS.

LEX. XX.



Bini enim hinc, & inde alteri torques cum literis, quæ vigesima eum legionis fuisse declarant: inde duo signa militaria quadrata, ad cognomentum ejus exprimentia, aut forte legionis nomen. Et species quædam candelabri in tridentis modum figurati, in medio sita, de quibus in Armis.

OPERA LAUDABILIA. CAP. XXXII.

Torquis quidem significatum aperuit Vegetius, de armillis nihil meminit, eas laudabilium operum præmium esse indicat Adamantius, dum in ea Ezechielis verba: *Et imposuit tibi armilla circa*